

illis dimittendis, sed non potuisse nec posse persuadere. Volui hoc quoque significare S. V., ut dignetur cogitare si quod bonum medium ad eam rem reperiri posset.

Replicavi postremo iterum de galeis quas miserant Fanum. Responderunt laeto et hilari vultu, ut bono animo essem et nihil mali timerem.

Si videtur, dignetur S. V. mandare, ut significetur mihi quantum poterit ascendere summa decime que ex curia colligetur, ut his aliquid certi afferre possim et si videtur ^{Sti} V. quemadmodum bis scripsi, mittat mihi facultatem accipendi pecunias hic ab aliquo mercatore, si necesse erit, et obligandi ei decimam curie. Hec res magis obligabit animos istorum et gratior atque acceptior multo erit quam alie omnes: alia enim, licet sine gratia V. S. habere non possint, quoniam tamen ex dominiis eorum sunt, propria quodammodo esse videntur. Hoc solum videbitur esse munus et gratia ^{Stis} Ve solius que diu feli cissime valeat et cuius clementie me humiliiter commendo.

Dat. Venetiis die XXVIII Julii 1463.

E. V. S.

humilis et inutilis servus B. episcopus Thusculanus

Indirizzo: . . . etissimo domino nostro pape.

Sigillo di cera.

Orig. nell'Archivio segreto pontificio. Arm. 39, tom. 10, f. 2.

58. Nicodemo da Pontremoli a Francesco Sforza, duca di Milano.¹

Firenze, 7 agosto 1463.

. . . Qui fo heri matina la rotta data per larmata eclesiastica ad quella del S. Sigismondo: heri sera vi fo che due galee Ven^e hanno recuperata parte de larmata perduta per Malatesti et che a la scoperta fano contro N. S.; pare stranio qui ad ognuno quel fano Venⁱ et tiensi non habino facto tanto apparato, se non ad fine de renovar la intelligentia col Turco cum migliore condizione e trovarsi in ordine ad fine de disporer la voglia loro de l'empresa del reame et de Malatesti: ex consequenti de Ytalia, quando N. S. Dio disponesse max^e chiamar ad se N. S^{re}, V. Cel. e Cosimo. . . .

Orig. all'Archivio di Stato in Milano. *Cart. gen.*

58^a. Il cardinal Bessarione al cardinale Ammanati.²

Venezia, 28 agosto 1463.

R^{me} in Christo pater etc. Res propter quam ad hunc senatum missus sum, r^{me} pater, iam quatenus ad primam partem spectat, pe-

¹ Cfr. sopra p. 95.

² Cfr. p. 236 e *Fontes rer. austr.* 46, p. 21 s.